

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek


Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

se exitu, & se inuicem diducuntur, & singula seorsim (loco tamen non mutato) incrementa sua capebunt: Color ipsdem primum est viridis, sed quemadmodum Cherephylli Sobolis, post in purpureum, ex quo hoc in nigrum tandem transiens: magnitudo vero (ut radicis longitudo & caulis crassities) Cherephyllū domesticū vincens. Ea autem est huius plantae natura, ut in constitutione anni humida, in magnam amplitudinem & proceritatem accrescat, in sicca vero humilis et macra persistat. Praterq̄ haec sese ex oculis nostris, partim sub ingressum Solis in Virgem, partim circa diem mensis Septembris, vicesimum secundū (Spica scilicet occidente) subducat. Radix vero, aliquando Vere redeunte quidem rediūna germinat, sed tamen si caelum habeat infestum, ipsa cum herba & caule emoritur, & ex semine decedente anno sequenti resurgit. **AD QUALITATES** quod attinet: Radix ista iucundum fragrans, & (Galeno quoq̄ lib. 7. medicamentorū simplicū teste) gustu miti et dulci praestās, Virtutis Solaris possidet partes tres cū tribus quartis, Martialis totidē cū dimidia, Lunarī quatuor cū quartis tribus. In herbam & caulem (cū harum partium virtus radici ferē aequetur) Sol imperij sui vires exercet partibus tribus cū dimidia, Mars quatuor, Luna



MYRRHA GERMANICA.

CAULES illi inanes & geniculati, quos planta hac educat, humorem continent subtilem, & viscositatis suae gummositatis quiddam (ut ita dicam) praeseferentem, ac in usu deniq̄ egregie salubrem. Hi itaq̄, in primo florū emersu, a capite radicis reciduntur: & in taleolas digitales diuisi, in Ahenum orificij angustioris F: (idq̄ ipsum inundum & aqua plannū) coniciuntur: atq̄ igne copiosiore subiecto, & vehementi bullitione & effervescent, (exundatione tamen vitata) per horas tres decoquantur. Hoc factū Decoctum per Filtrum transmittitur: & colatura exceptum quod est, in ahenum supra segmenta caulium receptum refusum, & velut ante per horas tres decoquitur: atq̄ idem etiam vice tertia, & omne impurum inde segregetur, peragitur. Post hac aqua hoc modo (cum decoctione tum colatura) ab omni materia crassa & terrestri purgata, in Fictili amplo sed strato (orificio eius optime tecto) ad ignē lentū coquitur: donec in Liquorem suo succum (spissitudine, & colore ex puniceo rubente mel amulantem) redigatur. Hic ergo, in aliud Fictile stratum sed planum conditur: eoque optime tecto, aestiuis caloribus in umbra seruatus, humiditate exhausta deniq̄, durefcit: ac colorē purpureum acquirat, odore & habitu Myrrha non dissimili, & su autē ad Affectus varios praesertim ad purgationem sanguinis, & expulsionem ventosorum, sanationemq̄, Ulcerum, & remotionem putredinis eorundem non contemnendo: Quamobrem & Massa hac, Myrrha germanica, Planta ipsa vero, Myrrhis haud temere appellata fuit.

utriusq̄ calidum & siccum imminuat) naturali temperie calefacere, discutere, & expellere. **PRODUCTA** Pharmaceutica ex Cherephylo hoc, eadem sunt quae ex Mare capitis praecedentis, nimirum Diaphoreticon, Oleago, & Sal iucundum ac dulce. **RADIX** exemplo prioris (cum simili naturae qualitate constant) foditur exitu mensis Septembris, & Sole in Libra existente: Veruntamen (cum usus eius proprie sexui femineo atq̄ alijs quoq̄ vobis copet) etiam Marte in Piscibus, & Luna in Virgine versate, et quidē tempore vespertino, cū iam Sol e conspectu nostro fuerit digressus. Herba quoq̄ similia (quo prioris plantae) tempore metitur, mense nimirū Maio, Sole in Geminis, Marte vero in Tauro, et Luna in Piscibus comorante. Semē carpitur Sole in Cancro, Marte in Scorpione, et Luna in Tauro curriculum suum peragente.

**ENEPTEIA, EFFICACIA, ATQVE VSVS CHÆREPHYLLI FOEMINAE**, doctrina Paracelsica, animalis, substantialis, atque elementalī, in membris corporis foeminei interioribus.

Diaphoreticon plantae huius, venis pulmonum in partes generationi seruiētes sparsis, & humore magis pituitoso & aqueo, quam sanguine exquisita coctione elaborato refertis, atq̄ tunicis praeterea alijs omnibus, nec non vesiculis humoris quid continentibus destinatur. In genere igitur ad Affectus eosdem in corpore femineo, ad quos Antecedens in Virili, id ipsum pollet: Sed hoc tamen efficacia virium remissiore. Prater virtutes autem illas utrisque communes, vim quandam peculiarem & priuatam obtinet, ad Vterum refrige-

raturum calfaciendum, viscosis humoribus oppletum & Alborum profluuijs laborantem expurgandum, fecunditatemq̄ conferendam: Si Mulieri affecte, primo dimidia hora ante ingressum in balneum, pondere Drachmae dimidia exhibeatur, post vero in balneo probe calefactae & sudore purgatae, circa Muliebria, Umbilicum, & Os sacrum diligenter inungatur. Aduersus Varices quoq̄ liuētes, qui Mulieribus post frequentes & difficiles partus (dum inter vehementes nixus dolores, compressa anima Faetū excludere student) a spiritibus flatulentis

tuor cum vna quarta, Marti tres cum dimidia, Lunae quatuor cū quarta vna. Temperamentum itaq̄ plantae huius compositum apparet, ex Sulphuris partibus quatuor cū dimidia, Salis tribus itidē cū dimidia, et Mer. quatuor: ex quo Naturā eius esse (cum calor Solis atque Martis plus dimidio, tribus partibus scilicet Lunā superet: vicissim vero Luna humidi sui frigidi itidem dimidio,

Semina.  $\odot 4 \frac{1}{4}$   $\otimes 3 \frac{1}{2}$  par.  $\oslash 4 \frac{1}{4}$  Natura plantae huius & incrementum variatur qualitate temperaturatum & anni. Cherephyllon foemina quo anni tempore immoratur: Mens. Septemb. Spica Occident. Herba. & Cau.  $\odot 3 \frac{1}{2}$   $\otimes 4 \frac{1}{2}$  part.  $\oslash 4 \frac{1}{2}$  Temperament. Sulp. 4.  $\otimes 2$  Sal. 5. Mer. 4.  $\otimes 2$

**PRODUCTA** Diaphoreticon, Oleago, Sal. **CONSTEL.** Radix quando fodienda? Septemb. fin.  $\odot$  in  $\{ \times \}$   $\oslash$  in  $\{ \times \}$   $\otimes$  occas. Radix non perennis. **QUALITAS** Radix habet:  $\odot 3 \frac{1}{4}$   $\otimes 3 \frac{1}{2}$  par.  $\oslash 4 \frac{1}{4}$  Herba colligen. Maio. M.  $\otimes$  in  $\{ \times \}$   $\oslash$  in  $\{ \times \}$  Semen quando carp.  $\odot$  in  $\{ \times \}$   $\otimes$  in  $\{ \times \}$   $\oslash$  in  $\{ \times \}$

**DIAPHORETICON.** Vfus Diaphoretici intra corpus, Diaphoretico huic communis est cum priore facultas, sed robur efficacie non item. Priuatim quid Diaphoreticon hoc possit.

Vteri fri. & obstr. Alb. prof. Fac. iuuua. Varices. Nauseam Vomitio.